

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7250

Autre(s) référence(s) : Round 891

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Montebourg, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1174, octobre-1182]

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Montebourg.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1097.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DLXX, t. 2, p. 149-155.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 891.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 149. Souscriptions de Geoffroy Ridet, évêque d'Ely, sacré le 6 octobre 1174 et de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183. Henri II n'a pas été en Normandie pendant les premiers mois de 1183.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, senescallis, vicecomitibus, justiciis, et omnibus fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbacie Sancte Marie de Montisburgo et monachis ibidem Deo servientibus omnes rationabiles donationes subscriptas et cartis donatorum confirmatas. Ex dono Willelmi regis qui Angliam acquisivit, Maisnillum Sancti Cirici, usque ad medium aque ibi currentis, et ecclesiam cum decimis, et unam mansuram apud Barbefluctum, et terram Ranulfi de Scalmelcon que est in Coeres, et tres mansuras terre in Sortoovilla de feodo Turgisi Grossi, et decem acras de terra Rosce, et terram unius carruce in

eadem villa, et terram unius carruce in Amundevilla. Ex dono Henrici regis, avi mei, villam Montisburgi, cum mercato et tribus nundinis et molendinis et omnibus pertinentiis ; et in foresta de Montisburgo ligna clausure et foco ad coquendos cibos et panem monachorum et cervesiam preparandam, et materiam ad edificia sua, et pasturam porcis et ceteris animalibus suis, et quietanciam pasnagii sui ; et in foresta de Bruis materiam ad ecclesiam et ad alia edificia, et tot arbores habeant in eadem foresta quot ebdomade sunt in anno ad focum hospitem suorum, quas recipient per manum forestariorum, et de tot arboribus quieti sint forestarii in placitis de quot garantizaverint eos monachi per tallias suas. Ex dono ejusdem Henrici regis, avi mei, terram Alberici camerarii et regine de Turpo, et molendinum de Aroudeve, et terram de Sancte Marie Ecclesia, et vacariam de Bernavast, et XXX. acras terre quas Ricardus de Lestre habuit in Coeres. Concedo etiam et confirmo, ex dono meo, prenominate abbacie de Montisburgo et abbati et monachis libertatem et quietanciam thelonei et passagii et pontagii et omnium consuetudinum de omnibus propriis rebus suis, ubicunque fuerint, in Anglia et Normannia, et quod habeant modiationem suam quietam de proprio vino suo, et dextrum cutellum caude de omnibus crassis piscibus qui capti fuerint vel applicuerint infra fines episcopatus Constanciensis ; et in foresta de Bruis habeant libertatem et quietanciam pasnagii sui, et in omnibus aliis forestis per totum Constantinum. Ex dono Ricardi de Reviers, in Anglia, unum manerium in Dorseta quod dicitur Lodres, liberum et quietum, cum omnibus pertinentiis, per quinque hidas ; et ecclesiam ejusdem manerii, cum capella de Bolementona et decimis ; et aliud manerium, Auxemundam in Devonia, et ecclesiam cum capella et decimis et omnibus pertinentiis, et decimam de dominicis suis quam in hoc manerio et in suprascripto separatim in proprios usus integre et plenarie percipiunt monachi et diu perceperunt ; et in insula de With, aliud manerium quod dicitur Wita, cum omnibus pertinentiis, et decimam de Torleia. Ex dono Adelicie, uxoris predicti Ricardi de Reviers, de maritagio suo, concessu filiorum suorum, comitis Balduini et Roberti de Sancte Marie Ecclesia, unum manerium in Berkesira quod dicitur Olnelei, cum omnibus pertinentiis. Ex dono Willelmi filii Esturi, concessu Rogerii de Mannevilla, quicquid habebat in villa que dicitur Estreit, cum terris et hominibus et omnibus pertinentiis. Ex dono Hadevise de Reviers, ecclesiam de Fleta, cum decimis et omnibus pertinentiis. Ex dono Rogerii Arondel, ecclesiam de Poestoc, cum capellis et decimis et omnibus pertinentiis. Ex dono Eudonis de Morevilla, capellam de Bredepol., cum pertinentiis. Ex dono prenominati Ricardi de Reviers et Willelmi de Vernone, filii ejus, quicquid ad eos pertinebat in ecclesia de Reviers, cum decimis, et decimam molendinorum suorum ejusdem ville, et terram Huberti presbiteri, et quicquid ad eos pertinebat in Foucarvilla et in Escoguernauvilla cum ecclesia et decimis, et mansuram unius villani in Sebevilla, et decimam vaccariarum suarum de Bruis, et quicquid ad eos pertinebat in Benedicta Villa, cum ecclesia et decimis et omnibus pertinentiis. Ex dono Willelmi de Vernone, quicquid ad eum pertinebat in ecclesiis Sancti Georgii de Nigellihumo et de Columbeio et de Golevilla cum pertinentiis, et capellam Sancte Marie de Nigellihumo, et ecclesiam Sancte Columbe, et ecclesiam de Radulfi Villa, cum decimis et pertinentiis, et ecclesiam de Gounovilla, et medietatem ecclesie Sancti Floscelli, cum terris et pertinentiis, et separatim duas garbas decime de Vaudinvilla et de Turpo et medietatem tercię, et medietatem ecclesie de Siouvilla, et decime vavassorum in eadem villa cum aliis decimis. Ex dono ejusdem Willelmi de Vernone et Ricardi filii ejus, decimam molendinorum et piscariarum suarum de Nigellihumo et de Columbeio, et piscarie de Longa Raca, et decimam molendinorum a la Forestiere et de Fermembruil et de Gounouvilla et de Torlavilla et decimam de placitis molte, et decimam forestarum suarum de Costantino, de Monte Rooldi, de haia Moreville, cum decima pasnagii, careti et poudragii, brostagii et herbagii et omnium placitorum ad easdem forestas pertinentium, et decimam de omnibus censibus ad easdem forestas pertinentibus, et omnia coria damarum de parco suo de Nigellihumo que ad coquinam suam deferuntur, et decimam de Fermanbruil, et terram que est juxta rivum fullonum in exitu ville Montisburgi, et terram de Morlandis, et sedem molendini Petri presbiteri, et donationes quas homines sui fecerunt vel fecerint prenominate abbacie de Montisburgo, in terris vel quibuslibet aliis rebus, liberas et quietas ab omni re ad eos pertinente. Et apud Vernonem, decem modios vini in Longa Villa, ita quod quinque sunt de modiatione et quinque de tolesun, et de toto reliquo vino suo omnem decimam, excepto de clausis suis ; et si creverit redditus, crescat et decima ; et unam mansuram in Gamelleio, et domum Willelmi Rouselli versus pontem, et sedem domus quam Hadevissa dedit extra menia ; et capellam Sancti Michaelis cum reddito cotidiano trium denariorum ; et omnem terram de Campo Runchun ; et terram Rogerii de Corde quam dedit ad pedem montis, sive sit in vinea, sive arabilis ; et omnem terram quam Gislebertus Pais habuit apud Vetus Pressenniacum ; et domum Huberti de Maisnillo Rainart, et vineam quam plantavit juxta clausum de Vernonnell, et omnem decimam de nucibus suis ; et octo modios vini in Longa Villa quos tempore vindemiarum recipiunt monachi vel eorum famuli ad cellarium domini de Vernone ; et decimam tocius canagii de aqua de Vernone, integre et plenarie, et quietanciam et omnimodam libertatem de omnibus rebus ad eos pertinentibus in villa de Vernone et in aqua et in adjacentiis ; et vina sua et nuces et omnes res suas ducant bene et in pace absque impedimento et omni

calumpnia quieti et liberi a theloneo et passagio ubi et quando voluerint. Ex dono Rogerii de Magnevilla, ecclesiam de Bernevilla et ecclesiam de Putevilla, cum decimis et pertinentiis. Ex dono ejusdem Rogerii de Magnevilla, quicquid ad eum pertinebat in ecclesia de Goesbervilla, cum terris et decimis quas de feodo suo habent monachi Montisburgi in eadem villa, et quicquid ad eum pertinebat in ecclesia de Guerartot, cum decimis et pertinentiis. Ex dono Ilberti de Grinvilla, ecclesiam de Caz cum pertinentiis. Ex dono Willelmi de Moiuin, totam decimam feodi sui in eadem villa. Ex dono Sansonis Foliot, concessu Roberti de Novo Burgo, ecclesiam de Morfarvilla, cum decimis et terris quas in eadem villa habent monachi. Ex dono Henrici de Tilleio, ecclesiam de Teivilla, quam prius dedit Willelmus filius Esturi cum decimis et pertinentiis. Ex dono Herberti de Morevilla, duas partes ecclesie de Amundevilla, cum pertinentiis. Ex dono Roberti de Haia, ecclesiam de Sassemainsnillo. Ex dono Ricardi de Reviers, capellam Sancti Johannis de Monte Rooldi, cum clauso in quo sita est capella et cum decima Asinariorum. Ex dono Willelmi de Vernone, XII. quarteria frumenti annui redditus, recipienda Nigellihumo ad mensuram horrei sui. Ex dono Rogerii de Magnevilla, XII. quarteria frumenti recipienda annuatim apud Orlundam ad mensuram horrei sui, et decem acras terre in Escorchepore. Ex dono Roberti Venatoris, unam minam avene annuatim apud Nigellihumum. Hec autem donata sunt ad sustentationem monachorum in eadem capella ministrantium. Ex dono Willelmi de Vernone, capellam Sancti Maglorii in Serc, cum omni clauso suo, et sedem molendini quod fuit Sancti Maglorii, et stramen unius bladi ad focum monachi ibi servientis. Ex dono ejusdem Willelmi de Vernone et Ricardi, filii ejus, pratum quod habent monachi in Orglandres, cujus latitudo est a fossa quam ipsi fecerunt inter marescum et pratum suum, usque ad divisiones et metas que posite sunt inter pratum predictorum Willelmi et Ricardi de Vernone et pratum monachorum, longitudo vero a parte Rouville a terra arabili usque ad aquam que venit de molendino versus Goesbervillam, et pratum quod habebant predicti supra pontem Rouville, cum quadam virgata terre inter Buscailliam et viam que ducit ad pontem. Ex dono Ricardi Malessarz, pratum supra eundem pontem Roville, cum terra quam ibi dedit juxta fraxinum de Orglandres, et terram quam dedit Willelmus filius Rogerii de Orglandres juxta predictam terram, et pratum quod dedit ibidem Herbertus de Oglandres. Ex dono Mabilie matris Willelmi Monachi, concessu ejusdem Willelmi filii, totam terram quam habebat in Osbervilla, liberam et quietam, cum omnibus pertinentiis. Ex dono Gaufridi filii Roberti de Magnevilla, totam terram quam habebat in Buschervilla, liberam et quietam. Ex dono Willelmi de Soliis, duas acras terre in cortillagio, liberam et quietam, in villa de Criketot juxta domum canonicorum. Ex dono Ricardi de Vernone, in manerio Sancti Floscelli, terram que dicitur Octo acrarum, cum omnibus pertinentiis, ubicunque jaceant, et cum virgulto suo quod habebat in eadem villa. Ex dono Ricardi Wac, concessu Gaufridi fratris sui, mansuram quam tenuit Willelmus Doree in Esturvilla, cum orto adjacente, et tenementum quod fuit Ricardi le Terrier cum orto, et terram crotagii. Ex dono Roberti de Barnevilla, concessu Willelmi de Vernone, XX. solidos Andegavensium annui redditus in Serco, et unam salinam in Bevelanda. Ex dono Benedicti de Augervilla, terram valentem annuatim V. quarteria frumenti apud Tornebusc, in feodo Rogerii Alveredi X. bussellos, et in feodo Roberti Joscelin X. buscellos. Ex dono Rogerii de Magnevilla, omnes donationes quas homines sui fecerunt vel fecerint abbacie Montisburgi, liberam et quietam ab omni re ad eum pertinente, usque ad XII. denarios et infra. Ex dono Rogerii de Monasteriis, ecclesiam de Crasvilla, cum decimis et omnibus pertinentiis, et decimam molendini Dune et molendini sui de Buevilla, et omnem calumpniam quam habebat in terra de Buschervilla liberam et quietam. Ex dono Ricardi de Vallevilla filii Leonii, concessu Willelmi primogeniti sui, molendinum Wagel super Suellam liberum et quietum. Ex dono Luce de Runevilla, totum tenementum quod Anshetillus Alveredi tenebat de eo in Runevilla liberum et quietum, et X. virgatas terre in Runcereto, et illud residuum quod ibi superest usque ad fossatum quod dividit duo territoria, et VI. virgatas versus les Roeres in capite crote Ansketilli Alveredi. Ex dono Nigelli de Busseia, pratum quod est inter esclusam Ricardi filii Wigerii et fontem Nepotis. Ex dono Rogerii Cava et Stephani et Ricardi fratrum ejus, quicquid juris et reclamationis habebant in ecclesia de Restouvilla liberum et quietum. Ex dono Willelmi Monachi, capellam Sancte Marie Magdalene de Nigelvilla, cum ecclesia ejusdem ville, et terras et elemosinas et maram, cum omnibus in eadem villa ad predictam capellam pertinentibus ; et ecclesias de Aguevilla, de Restouvilla, de Angovilla, de Varouvilla, cum terris et decimis et omnibus ad easdem ecclesias pertinentibus ; et in Anglia, in manerio de Extintona, terram que reddit annuatim XV. solidos. Hec omnia ad prenominatam capellam pertinentia secundum providentiam et dispositionem abbatis et conventus Montis Burgi sunt ordinanda. Ex dono Ricardi de Reviers et Willelmi, filii ejus, decimam foreste sue de Monte Roont, in pasnagio et herbagio et brostagio et avenagio et aliis pertinentiis, et decimam de haia de Danevilla et de Caesneto de Anfrevilla, et decimam molendini de Fraita, et decimam piscarie quam Radulfus filius Unfredi tenuit, et omnes elemosinas quas idem Ricardus de Reviers et Willelmus filius ejus et Beatrix uxor ejusdem Ricardi dederunt abbacie et monachis de Montisburgo. Ex dono Ranulphi comitis de Cestre, decimam molendini de stagno de Trevieres, cum decima piscium ejusdem stagni, et decimam de feodo Broc de Gatevilla. Ex dono Corbini de Agnis, concessu Roberti presbiteri, ecclesiam de Kernevilla. Ex dono Radulphi de Auvilla et Ricardi fratris ejus, concessu dominorum suorum Ricardi de Vernone et Roberti de Hainou, ecclesiam de Tokevilla cum decimis et pertinentiis. Ex dono Willelmi Guernon, ecclesiam de Cantelupo. Ex dono Ricardi Malrewart et Gaufridi filii ejus, ecclesiam de Bresillevast, cum pertinentiis. Ex dono Willelmi comitis de Arondel, ecclesiam Sancti Laudi de Anslevilla, et decimam molendinorum suorum de

Han. Ex dono ejusdem Willelmi comitis de Arondel, et Willelmi de Vernone et Lucie uxoris sue, quicquid ad eos pertinebat in ecclesia de Torclevilla, cum terris et decimis quas ibi habent monachi Montisburgi. Ex dono Jordani de Oglandres et Stephani filii ejus, concessu Willelmi de Vernone, ecclesiam de Danevilla. Ex dono Roberti de Martinivast, concessu Ricardi de Haia domini sui et Hugonis fratris sui, marescum subtus ecclesiam Benedicte Ville, et ibi super fossatum unam virgatam terre ad deducendam aquam ad molendinum monachorum. Ex dono R. de Curcella, libertatem et quietanciam thelonei et omnium consuetudinum in portu de Bernieres et in omni terra sua. Ex dono Ricardi de Vallisvilla, medietatem ecclesie de Fonteneto juxta Vada, cum decimis et omnibus pertinentiis, et nominatim terram que dicitur Alodium Sancti Petri, cum aliis terris quas habent monachi Montisburgi de feodo suo in eadem villa. Ex dono ejusdem, apud Cesarisburgum, mansuram Walterii Colmain. Ex dono Roberti de Corceio et W. fratris ejus, decimam molendinorum suorum de Kinevilla, et dimidiam acram terre juxta dunam ubi est propinquior portui, ut in ea recipiant res suas cum ibi applicuerint, liberas et quietas a theloneo et omni consuetudine, et aliam dimidiam acram in prato juxta rivum fontis. Ex dono Willelmi comitis Pontivorum, concessu Guidonis filii sui, decimam molendinorum suorum de stagno Sancti Germani et de Buideros et de Monte Acuto. Ex dono Ricardi Avenel, quicquid juris habebat in molendino Otelin. Ex dono W. de Sifrewast et Halenas filii ejus, duas garbas decime totius terre que de feodo suo est in Anslevilla, quas prius habebant in dominico suo. Ex dono W. de Sancto Martino et Rogerii filii ejus, duas garbas decime de Estavilla de feodo suo, et omnem terram que ad eos pertinebat en l'Estelant, quam dedit Robertus de Sancto Martino, quicquid Petrus Tuaut tenebat de feodo suo, et totum servitium, et ad Grisam Petram duas pechias terre, et dimidiam acram juxta virgultum Rogerii de Monasteriis. Ex dono Rogerii de Monasteriis, III. quarteria frumenti, in parrochia Sancti Flocelli, in feodo Sarrazin, unum quarterium in excambio piscarie Unve sur Rolleur, et duo que dedit in decessu Mabilie filie sue. Ex dono W. de Oglandres, duas pechias terre inter Buscailliam et terram quam dedit Ricardus Malessarz abbatie Montisburgi. Ex dono ejusdem W., pratum quod habebat juxta pratum quod fuit Ricardi Malessarz a capite arondineti usque ad rivum. Ex dono W. Guernum, totum feodum Surel in Barbevilla, liberum et quietum. Ex dono Ricardi filii Wigier, pratum quod est juxta fontem Nepotis in Audouvilla. Ex dono W. de Sancto Johanne, VII. virgatas terre apud Constancias juxta parcum episcopi. Ex dono Ricardi Avenel, decimam totius feodi sui in parrochia de Hermouvilla. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et abbas et monachi in ea Deo servientes prescriptas donationes et quietancias et libertates habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, sicut supra determinatum est.

Testibus : G. episcopo Eliensi, magistro Waltero Constanciensi archidiacono Oxen[eforde], Ricardo de Vernone, Fulcone Paienello, Ricardo de Canvilla, Raginaldo de Curtenai, Hugone de Creissi, Willelmo de Vernone juniore. Apud Cadomum.